Dr̄. Utrum Aresto. posset dici hereticus ob hoc ꝙ posuit mundū fuisse ab eterno. Et videtur ꝙ sic. q̄ꝛ dixit ꝯtra fidei veritatē ¶ Dōm ꝙ nullo mō ex ista pōne potest dici hereticus. ⁊ hoc ꝑpter tres causas. ꝓma ē. quia ſm sanctū Thomā. intendebat dicere ꝙ mūdus nō incepit ꝑ naturalē motū quod est verū. sic eīn procedunt sue rōnes. Secūda causa est. quia ante fidem datam nullus fuit obligatus ad seruandū fidem. sed tēpore Aresto. lex fidei catholice nondū fuit data ꝑ christum nec lex vetus in qua habeť articulus de creatione mundi obligabat gentiles. sed soluꝫ israhelitas q̄bus fuit data et ꝓmulgata. Tercia causa est. q̄ꝛ ꝑtinacia facit heresim. sed Aresto. non fuit ꝑtinax in ista opinione. qđ ꝓbatur ex primo topicoꝝ. vbi đt ꝙ mundū fuisse ab eterno non sit ꝓblema neutrū. cū sint rōnes eq̄ fortes ad vtranqꝫ ꝑtem

Rincipiū autem ꝯsiderationis est quod quidē ⁊ dicte dubitationis. quare quedaꝫ eoꝝ que sunt. aliquādo q̄dem mouentur. aliquādo aūt quiescunt iterum. Necesse autē ⁊ oīa quiescere semꝑ. aut omnia semper moueri. aut alia q̄dem moueri. alia aūt quiescere. Et iterum horum aut que moueņ moueri semꝑ. que vero quiescūt quiescere semper. aut oīa apta nata sunt similiter moueri et quiescere. aut reliquum amplius ⁊ terciū. Contingit eīn alia q̄deꝫ semper immobilia esse eoꝝ que sunt. alia vero semper moueri. alia autem cum vtrisqꝫ accipere qđ quidem nobis dicendum est. Hoc enim habet solutiones omniū dubitatoꝝ. ⁊ finis nobis est huiusmodi negocij

¶ Iste est secundus tractatus huius libri octaui. in quo postq̄ꝫ Aresto. ostenderat ꝙ in mouentibus ⁊ in mobilibus non sit ꝓcedere in infinituꝫ. sed est deuenire ad aliqđ primū. Et etiā iam ostēdit ꝙ motus semꝑ fuit ⁊ semper erit. Hic ꝯñter ꝓcedit ad inquirendū conditioneꝫ primi motus ⁊ primi motoris. Et circa hoc primo ostendit ꝙ motus primus sit sempiternus. ⁊ ꝙ primum mouens sit oīno immobile. occasione cuius ꝑmittit vnā diuisioneꝫ quinq̄menbrē circa dispōnem entium. quia vel entia sic se habent in vniuerso ꝙ omnia quiescunt. ⁊ sic est primum menbrū. Aut sic se habent ꝙ omnia mouentur. ⁊ sic est secundū menbrū. Uel sic se habēt ꝙ quedā semꝑ moueņ. et quedā semꝑ quiescunt. et hoc potest tripliciť intelligi. vno modo ꝙ illa que moueņ semꝑ moueņ. ⁊ illa que q̄escunt semꝑ q̄escunt. sic ꝙ non sit aliqua res que quandoqꝫ moueať ⁊ quādoqꝫ quiescat. ⁊ hoc est tercium menbꝝ. Uel aliqua quādoqꝫ moueņ ⁊ quādoqꝫ quiescunt. sic ꝙ oīa que quiescunt apta nata sunt moueri. ⁊ oīa q̄ moueņ apta nata sunt quiescere. sic ꝙ non sit aliquid in vniuerso quod semꝑ moueatur aut semꝑ quiescat. et hoc est quartū menbrū. Aut quinto aliqua mouentur ⁊ aliqua quiescunt. sic tamen ꝙ aliqua semꝑ moueantur et nunq̄ꝫ quiescant. et aliqua sint immobilia ⁊ nunq̄ꝫ moueantur et aliqua sint que quādoqꝫ mouentur ⁊ quādoqꝫ quiescunt. Et istud vltimū menbrū dicit veram dispositioneꝫ entium. quia aliquid in vniuerso est quod semꝑ mouetur ſm Arestoteleꝫ. ⁊ aliquid est in vniuerso quod est oīno immobile. sicut anima nobilis que mouet celuꝫ. et aliqua sunt in vniuerso que quādoqꝫ moueņ ⁊ quādoqꝫ quiescunt. sicut elemēta ⁊ mixta. Et dicitur notanter ꝙ in vniuerso sit aliquid quod est oīno immobile. ⁊ non dicitur ꝙ sit aliquid quod semꝑ quiescit. quia primus motor nō ꝓprie quiescit q̄ꝫuis sit immobilis. quia non est aptus natus moueri. Scđm ergo istud quintū menbruꝫ verificať quod ꝓpositum est. scꝫ ꝙ est aliquis motus sempiternus et ꝙ est aliquod mouens immobile. Ex quo patet ꝙ non est idem querere quot sunt dispōnes entiū. et que sit diuisio circa dispōnem entium. quia solum vltimū menbrum est dispositio entium. sed oīa quinqꝫ mēbra sunt circa dispositionem entium

Omnia igitur quiescere et huius rationeꝫ q̄rere dimittentes sensum. infirmitas quedaꝫ est intellectus Et de toto aliquo. sed nō de parte ambiguitas est. Neqꝫ solum ad ad phisicum sed ad oīes sciētias. vt est dicere ⁊ oīes opiniones. propter id ꝙ motu vtuntur omnes.

Amplius autem de principijs importunitates. sicut in rationibus circa doctrinas nihil sunt ad mathematicum. Similiter autē ⁊ alijs sic neqꝫ de eo qđ nunc đr ad phisicuꝫ. supposito eīn ꝙ natura principiū motus sit.

¶ Hic excludit Arestoteles tria menbra predicte diuisionis. Et primo ostendit ꝙ non oīa semꝑ quiescūt dicens ꝙ ex quadaꝫ infirmitate intellectus procedit ꝙ aliter dicunt oīa quiescere. ⁊ ergo cōtra eos nō est disputandum propter tria. primo quia non est disputandū cōtra illum qui indiget sensu. sed dicens omnia quiescere indiget sensu. ergo contra eum non est disputandū. Maior patet primo topicoꝝ. vbi dicit Arestoteles ꝙ non est disputanduꝫ contra positiones de quibus disputans indiget sensu vel pena propter stulticiā dicentis. quia qui indiget sensu. id est qui negat aliquod quod est manifestuꝫ ad sensum. illi ostendendum est ad sensum illud quod ipse negat Minor probatur. quia aliqua moueri ad sensuꝫ est manifestum. Secūdo quia qui concedit istud menbrū non solum destruit scientiā naturalē. sed omnē scientiam. quia qui dicit oīa quiescere negat motuꝫ. sed omnis scientia fit per aliquē motū. quia fit per demonstrationē que est ad minus motus rationis. Item qui negat motū tollit omne ens. cū ergo oīs scientia sit de ente. ergo negans motū negat omnē scientiā. quia negat subiectum oīs scientie. Est tamē considerandū ꝙ ens capitur dupliciter. vno mō ꝓ ente mobili. sicut hic capiť in subiecto huius scientie. ⁊ tunc manifestum est ꝙ qui tollit motū tollit oīe ens. scilicet mobile. Alio modo capitur



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-83/0245
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG